

CERTAMEN MEDIOLANENSE
SPECIMEN IUNIORIBUS APTUM

TESTO NUMERO 1

Quintiliano (I sec. d.C.) fu famosissimo maestro di retorica e autore della "Institutio oratoria" in cui parlava della formazione del futuro oratore. Ricordiamo che i rappresentanti della classe dirigente dovevano essere esperti retori. Gli insegnamenti di Quintiliano appaiono ancora oggi di grande attualità.

MODUM PRIMA ELEMENTA TRADENDA SUNT

[...] nato filio pater spem de illo [...] optimam capiat: ita diligentior a principiis fiet. Falsa enim est querela, paucissimis hominibus vim percipiendi quae tradantur esse concessam, plerosque vero laborem ac tempora tarditate ingenii perdere. Nam [...] plures reperias et faciles in excogitando et ad descendum promptos. Quippe id est homini naturale, ac sicut aves ad volatum, equi ad cursum, ad saevitiam ferae gignuntur, ita nobis propria est mentis agitatio atque sollertia: unde origo animi caelestis creditur. Hebetes vero et indociles non magis secundum naturam hominis eduntur quam prodigiosa corpora et monstris insignia, sed hi pauci admodum fuerunt. [...] quae cum emoritur aetate, manifestum est non naturam defecisse sed curam. "Praestat tamen ingenio alius alium.". Concedo; sed plus efficiet aut minus: nemo reperitur qui sit studio nihil consecutus. Hoc qui perviderit, protinus ut erit parens factus, acrem quam maxime datur curam spei futuri oratoris inpendat.

(da Quintiliano *Institutio oratoria*)

ESERCIZIO

Scegli la risposta giusta, facendo una crocetta sulla lettera corrispondente

1. Quid faciendum est patri, cum ei filius natus sit?
 - a. Statim opera patri danda est ut filius diligentior fiat
 - b. Spes bona in filio habenda patri est
 - c. Aliqua spes in filio capienda est
 - d. Semper de filio optima speranda sunt
2. Quot homines vim percipiendi habent?
 - a. Plerique tarditate ingenii afficiuntur
 - b. Paucissimi, qui vim ingenii sui tradunt
 - c. Plures, qui ad percipiendum valent
 - d. Plerique, quamquam labores et tempora eorum ingenium perdunt
3. Emoriturne aetate spes puerorum?
 - a. moritur si nec natura nec cura iuvatur
 - b. moritur nisi cura iuvatur
 - c. moritur si natura curae non iungatur
 - d. non moritur, quod in pueri elucet spes plurimorum
4. Quantum potest studium ut ingenium quam maximum efficiat ?
 - a. Nihil potest studium, quia ingenio alius alium praestat

- b. Nihil nam nemo reperitur qui studio aliquid consecutus est
- c. Tantum potest studium ut quisque studio aliquid consequatur
- d. Plus minusve potest quia praestat alius alium

TESTO NUMERO 2

Il boemo Jan Amos Komensky (1592-1670), che adottò il nome latino di Comenius, scrisse numerosissime opere di didattica. Nel passo che segue, ricco di metafore, sostiene che il docente deve rapportarsi a chi apprende, badando a non pretendere troppo ma sorvegliando e dirigendo con attenzione il processo dell'apprendimento.

Sull'altra facciata del foglio traduci in italiano il seguente testo

151 Docens, non doceat quantum ipse docere potest, sed quantum discens capere. Non enim ego vasi infundere possum liquoris quantum velim, sed quantum vas capit: nec pro interiore capacitate simul infundendo, sed prouti (1) oris angustia permittit, instillando. Et cum aliquid humi jacens manu cupio attollere, ego me demittam necesse est, illud ipsum elevare se ad manum non potest. Plane igitur praeceptor condescendat discipulo in omnibus: et habeat se active: discipulus passive.

(da J.A.Komensky, Opera didactica magna)

(1) prouti = "per quanto"

TESTO NUMERO 3

Le Confessiones sono un'opera autobiografica di Sant'Agostino scritta fra il 397 e il 398. In essa rivolgendosi direttamente a Dio ripercorre la sua vita e il cammino che lo portò alla conversione al Cristianesimo. Qui ricorda i primi anni della sua educazione, quando era costretto a studiare contro voglia. Ora, però, comprende come quella che, ancora fanciullo inconsapevole, gli era sembrata una inutile sofferenza in realtà fosse voluta da Dio per realizzare il suo bene.

In ipsa tamen pueritia, de qua mihi minus quam de adolescentia metuebatur, non amabam litteras et me in eas urgeri oderam, et urgebar tamen et bene mihi fiebat. Nec faciebam ego bene (non enim discerem nisi cogerer; nemo autem invitus bene facit, etiamsi bonum est quod facit), nec qui me urgebant bene faciebant, sed bene mihi fiebat abs te, deus meus. Illi enim non intuebantur quo referrem quod me discere cogeant, praeterquam ad satiandas insatiabiles cupiditates copiosae inopiae et ignominiosae gloriae. Tu vero, cui numerati sunt capilli nostri, errore omnium qui mihi instabant ut discerem utebaris ad utilitatem meam, meo autem, qui discere nolebam, utebaris ad poenam meam, qua plecti non eram indignus, tantillus puer et tantus peccator. Ita de non bene facientibus tu bene faciebas mihi et de peccante me ipso iuste retribuebas mihi. Iussisti enim et sic est, ut poena sua sibi sit omnis inordinatus animus.

(Agostino, Confessiones)

ESERCIZIO

Nella seguente parafrasi riempi gli spazi vuoti del testo che ti sembrano da completare con uno dei vocaboli che trovi elencati nella forma che si trova sul vocabolario (il nominativo di nomi, aggettivi, pronomi; presente e infinito dei verbi): dovrai quindi mettere la parola che scegli nel caso, genere e numero, oppure nel modo e nel tempo e nella persona che il contesto richiede.

Cum puer essem (quamvis _____ non tam quam adolescentia mihi timenda sit) studio litterarum non _____ et ad _____ impelli aegre ferebam. Attamen id facere _____ et hoc mihi proderat. Sed haud _____ me gerebam: nam coactus discebam. Tamen bene agere non possumus nisi _____, quamquam _____ facimus nobis bene fit. Errabant illi quoque qui me invitum discere _____ cogebant. Sed Tu, _____ meus, bonum mihi parabas. Illi enim tantum cupiditates _____ paupertatis explere et gloriam _____ consequi volebant. Sed Tu, qui intimum animum nostrum novisti, _____ illorum, me ad _____ graviter impellentium, curabas ut prospere mihi _____. Me nolentem discere _____ bene merita afficiebas, cum _____ stultus essem et valde _____. Hoc modo _____ qui male agebant ad bonum meum utebaris; ego _____ pro peccato meo iustam poenam _____. Nam, _____ tuo, animus quidam incompositus sibi ipsi poenam dat.

1. litterae, -arum

4. poena, -ae

7. delector, delectari

10. cogo, cogere

13. erro, errare

16. succedo, succedere

2. inanis, inane

5. bene

8. pueritia, -ae

11. error. -oris

14. iussus, -us

17. ille, illa, illud

3. volo, velle

6. accipio, accipere

9. qui, quae, quod

12. deus, -i

15. ambitiosus, -a, -um

18. disco, discere

ESERCIZIO

Usando le parole che conosci metti una appropriata didascalia latina che illustri le seguenti immagini con una breve frase.


